

facerdotes promovendi. Sed si verum amamus, potius in illis... In Ecclesia autem Occidentali jam anno 490. monachos divina...

6

quid in Decretis dicitur?

6

quid in Decretis dicitur?

6

quid in Decretis dicitur?

6

quid in Decretis dicitur?

6

quid in Decretis dicitur?

6

quid in Decretis dicitur?

6

quid in Decretis dicitur?

6

quid in Decretis dicitur?

6

quid in Decretis dicitur?

6

ibi docent, textus ille loquitur de his, que sunt substantia... Ex his apparet, quare in hoc textus, & supra citatis statuatur...

8 Ratio de cetero.

9

9

9

9

9

9

9

9

9

9

9

9

9

9

9

9

9

9

9

fer dum enim Athanasius in ep. ad Dracontium, referre tot monachos a se ordinatos fuisse, ullam consensum Prælati mentionem non facit; & D. Hieronymus dum de ordinatione Rustici in ep. 4. ad ipsum agit, tantum Episcopi postulat voluntatem, ibi: Si Rusticus vel Pontifex cruciatus in Clerum elegerit...

11 Exponeitur D. Greg.

Secundo advertebat tradite auctoritati Gregorius Magnus l. 10. ep. 10. ubi asserit, privilegium speciale concedere Xenodochio Augustodunensi, in hac verba: Episcopum vero solandi de eodem loco monachum ad ecclesiasticum ordinem promovendum, vel pro aliqua quacumque causa, sine consensu Abbatis, atque Presbyteri, habere licentiam prohibemus. Ex quo textu sic argumentor...

C A P U T V I.

Anicetus Papa Episcopis per Galliam constituitur.

SI Archiepiscopus obierit, & alius ordinandus Archiepiscopus fuerit, omnes ejusdem provincie Episcopi ad Sedem b Metropolitanam veniant, ut ab omnibus ipse eligatur, & ordinetur...

NOTÆ.

A Nicetus. In sexta Decretalium collectione, & prima, sub hoc tit. de elect. c. 9. legitur, Lucius III. sed mendose auctor enim hujus textus est Anicetus Pontifex, qui Ecclesiam rexit ex an. 177. usque ad an. 185. ut referunt Baronius, Coriolanus, & Binus, alique scriptores Ecclesiastici...

C A P U T VII.

Ex Concilio a Arelatensi.

NEC Episcopus sine Metropolitanis permisso, nec Episcopus Metropolitanus sine tribus Episcopis provincie libis prælatus Episcopum ordinare, ut ut alii Episcopi provinciales epistolis admoventur, ut se suo respon-

NOTÆ.

A Arelatensi. Arelatum; vulgo Arles, civitas est Gallie Narbonensis, super Rodanum flumen, cujus mentio fit in l. cunctis 34. ff. de iurisdic. legato: Romagallia etiam dicitur, id est Roma parva, ut exponant Scaliger in l. Aulon. c. 24. q. 25. In ea Constantinus tyrannus fixit sedem Imperii...

BIBLIOTHECA

7

7

7

7

7

7

7

7

7

10

10

10

10

10

10

10

10

10

Catholica decreta sunt, ut probant Carolus & S. Paulo in Geograph. sacra. pag. 128. Frater Saracat. t. 1. Gallia Christ. Ejus Prelati magna auctoritas illis primis laicis fuit, ut relect Hallierius de hierarchia l. 4. §. 17. pag. 397. adeo autem dignitatis fastigio clatus fuit, ut in aliena jurarret, praecipue ordinando Episcopos sine provincialium consensu, ut constat ex c. Ardiolus n. 8. & probant Carolus ubi proximo. Unde ut eus cohberet auctoritas, tam in Conc. Arel. l. can. 2. quam in Arelat. l. can. 8. & 9. statutum fuit, ne Archiepiscopus solus, sed cum duobus aut tribus Episcopis aliquem ordinare praesumeret. Ex dicto can. 7. transcriptis est praesens textus, quem etiam ex eo reulerunt Burchard. l. 1. Decretis c. 27. Carnot. p. 5. c. 133. A. Aug. in 1. collect. sub tit. de elect. c. 4. & in sp. l. 4. ti. 17. c. 4. & Concilium hoc Arel. in certa sede iactari notavit Simundus in notis ad ipsum, ubi Binius docuit tempore Siricii celebratum fuisse.

COMMENTARIUM.

Ex his duobus canonibus sequentem deducimus disputandam assertionem: Archiepiscopus ab omnibus suffraganeis & suffraganeis vero a tribus Episcopis, Metropolitanis subiectis, & ceteris provincialibus consententibus, consecrari debet. Quam conclusionem quoad primam partem, videlicet Archiepiscopo esse ab omnibus suffraganeis consecrandos, probant textus in c. qui in aliquo in fine, §. 1. d. c. Metropolitanus, 65. d. c. admonetur, 67. d. Gratianus in princ. 77. d. Conc. Arel. l. can. 7. ibi: itaque Metropolitanus Episcopus a provincialibus clericis, vel quilibet electus, congregatis in unum omnibus provincialibus Episcopis ordinatur. Aurelian. 3. can. 3. Metropolitanus a Metropolitanis omnibus, si fieri potest, praesentibus provincialibus ordinatur. Emeritens. can. 4. Nicolaus ad consulta Bulgar. c. 73. de Archiepiscopo ita ait: Ordinat ipse duodecim Episcopos, qui successorem suum valent ordinare. Conc. Tol. c. 18. novella 131. Justinianus de Ecclesiasticis ritibus, c. 3. Exemplis, & auctoritatis petitis ex historicis Ecclesiasticis, probat Hallier. de sacris elect. c. 4. art. 2. pag. 715. Secundam partem assertionis videlicet Archiepiscopo jubente esse consecrandam Episcopum, firmiter tenentur in c. 61. d. c. qui Episcopus, 23. d. c. qui in alio quo; §. 1. d. c. 1. c. Episcopus, c. illud 64. d. c. 1. 65. d. c. 24. d. Bonifacius ep. 3. circa medium: Nescio quem in alia provincia praetermetropolitano contra Patrum regulas ordinasse. Hilarius Papa ep. 1. c. 1. Nullus praeter notitiam, & auctoritatem fratris Africanus Metropolitanus aliquatenus consecratur Antistes. Joannes III. episcopus, circa medium: Omnia quoque unanimes Concilia asserunt, eum non esse Episcopum, qui minus quam a tribus Episcopis, auctoritate eorum Metropolitanis fuerit sacris Episcopus. Conc. Arel. 2. can. 6. §. 1. Qui sine concientia Metropol. consecratus fuerit Episcopus, juxta magnam Synodum esse Episcopum non debet. Arcense can. 1. ibi: Episcopatum desiderans, etiam Metropolitanus eidem provincia Pontifex ordinatur. Aurel. 2. can. 5. Licet melius esse in sua Ecclesia fieri, tamen aut sub praesentia Metropolitanis, aut certe cum ejus auctoritate in terra provinciam omnino a provincialibus ordinatur Episcopus. Tur. 2. can. 9. Pistoriensis can. 1. Decretum Sanctae Synodis, ut nullus Episcopus accipiat de manu Regis, vel Comitum, vel cuilibet personae laeae donum Episcopatus, sed Episcopus a suo Metropolitanis. Ex c. qui Episcopus d. 25. Alia Conc. decretis, & Pontificum episcopos firmat Hall. ubi sup. pag. 683. Tertiam partem assertionis, videlicet Episcopum a tribus provincialibus esse ordinandum, probant textus in c. Episcopus, l. c. 2. §. 1. per totum 64. d. c. 2. §. 1. per totum 66. d. c. 1. 67. d. c. Archiepiscopus, 68. d. c. Episcopus, 3. 80. d. c. Episcopus §. 4. 7. §. 1. Anacleto ep. 2. Non minus quam a tribus, ceteris consententibus, consecratur. Conc. Carth. 2. can. 12. §. 1. Ut non liceat Episcopum nisi a multis ordinari, vel si cogat necessitas, a tribus, Romensis can. 2. itaque ordinationem, quam canones irritam dolum, non quoque evacuandam esse censimus, in qua praetermissa triam praesentia, nec expeditis provincialium literis, Metropolitanis quoque voluntate neglecta profus nisi illi, quod Episcopum faceret, ostentiam. Aurel. 2. can. 12. & 4. can. 5. Theodosius, & Valentinianus in constitutione relata a Cujacio l. 15. observo. c. 38. Alia jura adducit Antonius Aug. in ep. juris Pont. l. 3. ti. 17. §. 19. Illustrant praedictam assertionem Accuna, & L. Dartis in 64. §. 66. d. Boquetus ad Jansen. l. 1. ep. 91. Gestas de ecclesiasticis. hiarar. l. p. disp. 6. n. 8. Azoy l. 2. l. 3. c. 30. Valquez in episcopo de ordine, disp. 246. c. 6. Solorzano l. 2. de iure l. 1. c. 6. Petrus Marcha l. 6. concord. c. 2. §. 6. idem, seu quis auctor est hinc Pontif. juris d. l. 2. c. 2. Sanchez l. 2. §. 10. c. 28. plures congeit a Diana p. 8. tr. 1. refol. 31. & p. 12. tr. de consecr. Episc. per totum; Fragofo de regim. p. 2. l. 8. disp. 18. §. 1. Juretus ad ep. 8. Pontif. Hallier. de sacris elect. l. 2. c. 2. §. 7. Turrianus l. 2. pro ep. Pontif. c. 21. Herodius l. 1. Pandect. tit. 4. §. 1. Balfanzan in can. 14. 13. §. 53. Synodi Carth. Daatenus l. 5. de sacris elect. c. 1. Valquez 3. par. in 3. disp. 246. c. 5. Petrus Greg. l. 17. synod. an. 33. in fine. Gibalinus in synodi consor. littera E. n. 27. Aratio l. 9. §. 1. ar. 3. Florent. ad rit. de elec. Verum in praesenti assertionem ita illustratam, pro ratione dubitandi sequentes expendi possunt difficultates. Prim ex eo nascitur, non secundum veterem sententiam, quam statim probabimus, certam esse consecrationem Episcoporum esse gradum Ordinis rectiter distinctam ab aliis, spectantem ad De-

divinis Sacramentum; sed in quolibet gradu hujus Sacramenti unus est tantum minister: ergo similiter in consecratione Archiepiscopi, & Episcopi unus debet esse minister, qui consecrationem faciat. Accedit, nam lex vetustissimas, & figura fuit legis gratia, & omnia quae in lege gratia in veritate continentur, in lege veteri praeparata fuerunt, ut probavi in c. translatio, de cons. sed in lege veteri summus Sacerdos tantum ab uno ministro consecratur, quare legitur Leviticis 23. Moysen tantum Aaronem consecrasset: igitur similiter Episcopi, & Archiepiscopi ab uno tantum ministro sunt consecrandi. Auger secundo hae difficultates ex eo; nam si iuxta traditionem Apostolorum, & eorum exemplum tres Episcopi debent adesse in consecratione Episcopi, consecratio altere celebrata nulla esset: sed consecratio facta cum minori numero sustineretur, can. 1. Apoll. ubi Balamon, & Zonaras, D. Clemens l. 8. cons. c. 17. Ego Simon Chananeus confitso, a quot Episcopis debet ordinari Episcopus, a duobus, aut a tribus; si vero aliquis ab uno Episcopo ordinatus fuerit, tum is qui ordinatus est, tum is qui cum ordinavit, deponatur: quod si necessitas coegerit ab uno ordinari, quod propter perfectum tioneum, aut aliam causam plures adesse non possint, affertur decretum commissionis plurium Episcoporum. Concilium Regense can. 3. & c. Christ. Lupus in can. 4. Conc. Nicaeni. Quae etiam sententia probatur ex eo, quia plerumque legitimum Pontificem concessisse, ut ab uno Episcopo consecratio Episcopalis peragatur, ut probat Franciscus Hallierus de sacris elect. 2. p. art. 2. §. 1. pag. 588. & disputatum fuit cum Episcopo Ind. qui ab uno Episcopo tantum cum duobus Canonici ministris ordinatur, ut refert, & probat Solorzano l. 2. de iure l. 1. §. 1. c. 6. n. 38. Diana par. 12. ubi supra, refol. 28. igitur non recte in praesenti asseritur consecrationem Episcopi a tribus Episcopis esse celebrandam. Secunda difficultas inest in eam partem assertionis, ubi asseritur Archiepiscopum debere consecrari ab omnibus suffraganeis; nam superior non debet inferioribus beneficii, aut consecrari, juxta D. Paulum ad Hebraeos 2. c. d. denique d. 21. sed Archiepiscopus est superior suorum suffraganeorum, igitur ab eis non debet consecrari.

Quibus difficultatibus minime obstantibus vera est praesentis assertio, ad cujus expositionem scire oportet, Episcopatum & Archiepiscopatum (quos quoad praesentem tractationem pro eodem gradu accipimus, cum tantum ratione dignitatis, non vero ordinis distingantur, ut ex Machado, Villalobos, & D. castillo defendit Diana d. p. 12. ref. 4.) esse ordinem verum, realiter distinctum, a presbyteratus gradu, & Sacramento Ordinis in eo ministrari, can. 68. §. 69. Apoll. c. Episcopus, 23. d. c. extra, 64. d. c. illud, 77. d. c. 1. verbi quod si in hoc, 32. d. c. quaesitum §. de purgati, can. pluribus relatis defendit Diana d. 1. ref. 6. §. 9. Unde sicut alii gradus hujus Sacramenti consecratur cum debita materia, propria forma, & peculiari ministro; ita gradus Episcopalis habet distinctam materiam, propriam materiam, & peculiarem ministrum. Quae ad materiam & formam hujus gradus spectant, ut minus propria hujus loci omnitas; videndus est Diana ubi supra; qui late de materia & forma consecrationis Episcopalis agit: nostrum autem commentarium tantum ad ministrum hujus consecrationis contrahimus. Ex ut rem ab origine repetamus, sciendum est, Metropolitanis primis Ecclesiae laicalis consecrari solere, vel in provinciali Conc. a Metropolitanis vicinis; vel a Primate seu Patriarcha, ut iam supra probavi, & innumeris exemplis illustrat Franciscus Hallier. de sacris elect. d. art. 1. pag. 715. qui §. 4. eisdem art. late prosequitur formam observatam illis laicalis in convocando Episcopis. Et etiam a finitimis Episcopis Metropolitanum consecrari solere, constat ex Conc. Arel. 3. can. 3. De Metropolitanorum vero ordinatione sic placuit, ut Metropolitanis a Metropolitis tan omnibus, si fieri potest, praesentibus provincialibus ordinentur: Et late probat Hallier. ubi supra, pag. 712. A Primitibus etiam, & praecipue a R. Pontifice, cum illi Archiepiscopi immediate parebant, plerum consecrabantur, ut probat ipse Hallierus pag. 259. quem transferere in praesenti in animo non est.

Secundo sciendum est, jam a temporibus Apostolorum Episcopos consecrari a propriis Metropolitanis, vel ab Episcopis provincialibus de Metropolitanis vicinis, can. 23. §. 25. Apoll. Conc. Nicaenum can. 4. dehaecto enim Episcopo alicuius civitatis, Metropolitanus suffraganeus suis novum faciebat diem ordinationis futuri Episcopi, jubebatque ut veniret, aut ex causationis literis mitteret. Synodus Eponeensis can. 1. Aurel. 2. can. 1. Ut nullus Episcoporum ad monentem Metropolitanum Episcopo, nisi certa tadicca decessent, ad concilium, vel ordinationem consecratoris venire penitus ulla excaulatione detrectet. Sarlicale can. 6. Et si ipse Metropolitanus per se Episcopum ordinare non possent, ut eius suffraganeus manus consecrationis delegabat, c. quando sehem, de officio Ord. lmo est ipse adhuc non receperit pallium, quare consecrare Episcopos, vel Ecclesias per se non poterat, c. 1. 100. d. c. quod si in §. super eo, de elect. tamen committere valebat consecrationem suffraganeis, caput. suffraganeis, de elect. ubi probavi: & si suffraganeus non erat in provincia, aut quia decesserat, aut quia a sede decesserat, finitimi Episcopi consecrationi aderant, c. si foris, 65. d. probat Hallierus ubi supra, pag. 709. Quoad autem diximus, licentiam Metropolitanis desiderari, tantum provent ex praeepto, non autem requiritur pro forma ipsius ordinationis: unde si omittatur Metropolitanis consensus, & sine eius licentia a suffraganeis Episcopis consecratio celebratur, valida est, ut docent Th. Sanchez 2. 2. concil. l. 2. c. 1. dub. 15. Azoy l. 2. in fine, d. 3. c. 30. §. 4. Diana d. p. 12. ref. 35. Nec contrarium.

num probant textus in c. non debet, 69. d. c. Archiepiscopus & 66. d. ubi asseritur, consecrationem Episcopi factam sine Metropolitanis consensu, nullam esse: procedunt enim textus illi, quantum ad executionem consecrationis Episcopalis, ita ut licet valide Episcopos consecratur iure proprio Metropolitano, tamen executionem, seu exercitium Ordinis Episcopalis non habeat, ut docuerunt Glossa & Archid. ibi. Illud etiam observari inveni, ut ne pauciores tribus Episcopis consecrationi Episcopali adfint. Cum enim Jacobus Minor consecratus esset a tribus Apostolis, Petro videlicet, Jacobo Majore, & Joanne, ut in praesenti epistola Anacleti refertur, inde acceptam, & observatam fuit, ut a tribus saltem Episcopis consecratur Episcopus. Conc. Carth. 3. can. 39. Ut non minus quam tres Episcopi suffraganei. Innoc. Papa ad Vitium rhotomagensis Episcopum, prohibet quemquam consecrari nisi a tribus Episcopis. Synodus item ep. 67. ad Theophilum Alexandrinum, Siderium contra legem Ecclesiae prohibet renantiatum Palebific Episcopum, quia a tribus Episcopis non fuerat consecratus. Sed si plures in provincia reperiri poterant Episcopi, omnes consecrationi novi electi aderant; unde Cornel. a fexdecim Episcopis fuisse consecratur refert D. Ciprianus ep. 2. & variis exemplis illustrat Hallierus ubi supra, pag. 579. Diana d. par. 12. ref. 34. His ita praemis, praesentis assertionis rationes tot sunt, quot illius partes. Et prima partis, videlicet in consecratione Metropolitanis omnes Episcopos suffraganeos adesse debere, illa ratio est, quia quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, et vulgari jura regula. Facit sententia Leonis ep. 85. alias 84. Quae praesentibus esse omnibus, electi debet ab omnibus. Unde omnes provincialibus debent eligi, & consecrationi Archiepiscopali interesse. Secunda partis conclusio, scilicet a Metropolitanis, seu de ejus licentia Episcopum esse consecrandum, ratio est, nam primum secularium in Ecclesia eius disciplina fuit, ut penes quem potestas esset iudicandi, eidem quoque potestas ordinandi competere, c. nullus 3. de parochis. Inde cum potestas iudicandi Episcopos illis secularis penes Metropolitanos esset, c. per regulam 9. q. 3. ideo ab eis, aut de eorum licentia ordinandi erant. Hodie tamen consecratur Episcopum non ex Metropolitanis jura, sed Pontificis mandato fit: cum enim R. Pontifex sibi reservasset Cathedralium Ecclesiarum collationem, similiter ab eius libito debere voluit Episcoporum consecrationem: quare enim semper committit Episcopum provincialibus; & ideo in initio ipsius consecrationis antiquior est Episcopis assistentibus interrogatur consecratur, Hactenus mandatum: Et ipse tunc illud noum facit. Tertie, & ultima partis conclusio rationis ratio est, ne res adeo gravis, ut est consecratio Episcopalis, unius iudicio, cum periculo fidei, committeretur, & ambitioni, ac forsitan tyrannidi occasio praestaretur, quam rationem per oculis habuerant nosse Anacleto d. ep. 2. Idolorum l. 2. de officio, c. 5. Patres Concilii Aquilensi sub Ludovico Pio, can. 9. in illis verbis: Quod Episcopos non ab uno, sed a cunctis consensu, aut praesentibus provincialium esse ordinandos, & non minus quam a tribus, ceteris consententibus, instituta Domino fieri jubetur; ne aliquid contra fidem Ecclesiae unius tyrannica auctoritas moliretur, & regula, vel fides confundere creditur. Siricus Pontif. ep. 4. c. 1. Ne unus Episcopos Episcopum ordinare praesumat propter arrogantiam, ne futurum beneficium praeripuit vdeatur. Facit etiam alia ratio adducta a D. Greg. ep. ad Bonif. ibi: In ipsis rebus spiritualibus, ut sapienter & mature disponatur, exemplum tractari debet caralibus potius; certe enim dum conjugia mande celebrantur, conjugati quique vocantur, ut qui in via iam conjugi praesertant, in subsequentes quoque copulae gaudio miscetatur: cur non ergo & in his spiritualibus ordinatione, qua per sacrum ministerium homo Deo coniungitur, tales convenient, qui vel in profectu ordinati gaudeant, vel pro eius custodia omnipotenti Deo preces pariter faudent. Recte ergo constituitur, & observatum iam a saculo Apostolorum ulque ad nostra tempora legitimus, ut Episcopi a tribus Episcopis consecratur.

Nec nostrum conclamationem evertant argumenta supra proposita. Non primum, verum enim est, Episcopatum ordinem esse, & in eo gradu Sacramentum conferri, & per consequens unum tantum ministrum debere adesse; nec contrarium dicitur ab Anacleto in praesenti. Licet enim dicitur ab eo, tres adesse debere, non tamen docetur, omnes ut ministros interesse; sed unus tantum ut minister, Episcopum consecratur; alii vero, ut assistentes, quomodo appellantur in Pontificali Romano. Unde provent, ut consecratur tantum porrigit librum Evangeliorum, anulum, & baculum, quae spectant ad materiam hujus gradus, juxta opinionem, quam refert Diana d. p. 12. ref. 19. licet omnes Episcopi manus imponant super consecrandum, & formam prefertur: Accipe spiritum sanctum. Hac enim manus impositio aequalem cooperationem ejus, qui tunc ordinatur, in numerum Episcoporum significat: quae cooperatio cum fiat nomine Ecclesiae, non ab uno, sed a tribus celebrari debet, ut rationatur Diana d. p. 22. ref. 38. Nec primum argumentum hujus argumetis, petunt ex exemplo summi Sacerdotis legis veteris, adfertur; nam illud tantum evincit; summum Pontificem tantum ab uno consecrandum esse, quare ejus consecrationis Hostiensis Episcopus minister est, ut ex Damaso, & veteri Ordine Romano probat Franciscus Hallier. de sacris elect. pag. 78. & etiam in consecratione Episcopi unum ministrum tantum dari, licet duo consecrationi adfint, jam supra probavi. Difficillimum nodum contiaat, quod expendebamus; asserentes consecrationem Episcopi factam sine

tribus Episcopis, validam esse, contra nostrum textum, & Conc. Regense can. 2. ubi ordinationem factam a minori numero Episcoporum, irritam, & vacuum esse decernitur: cui sententiae addipulatur Joannes III. R. P. ep. unio ad Episcopos Gallicae, ubi intendit probare, ideo Chorepiscoporum ordinationem factam nullam esse, & Pontificalia ab ipsis auctoritate non posse, quia a paucioribus quam tribus Episcopis ordinabantur, quibus auctoritatem moti Bell. l. 4. de novis Ecclesiis, c. 8. P. Valquez 3. p. in 3. disp. 143. c. 6. n. 3. Bernal. de Sacram. disp. 49. §. 2. Marchianus de Ordine, p. 2. n. 4. Ochagavia de Sacram. disp. 1. dub. 13. n. 565. Yamberus in 3. p. de Sacram. ord. n. 1. propof. ul. defaunt consecrationem Episcoporum a minori numero factam nullam esse, & de substantia ordinationis Episcopalis tres Episcopos desiderari a jure divino. In hac Interpretum variatione Hallier. de sacris disp. 2. cap. 2. §. 1. pag. 583. existimavit, utraque opinionem esse probabilem, & utriusque sententiae fundamentis satisfacere intendit, & utriusque sententiae adhaerere, videlicet nec a jure divino tres Episcopos desiderari, nec consecrationem a minori numero factam invalidam esse. Eam amplectuntur Sanchez 2. 2. consil. l. 7. c. 1. dub. 15. Avila p. 3. §. 2. Caezar. de sacris, hiarar. l. 2. p. disp. 6. n. 8. Diana d. p. 12. ref. 29. Unde Pontifex ex justa causa potest dispensare, ut a minori numero consecratur celebratur, ut aliquando factam fuisse referunt Solorz. l. 2. de iure l. 1. §. 1. c. 6. n. 39. Diana d. p. 12. ref. 30. Aratio sup. Caballarius in not. Conc. §. 73. Nec textus posterius, & alii praesentis sententiae expendi refragantur, accipiendi enim funt de executione, non in iure nostro asseritur, ordinationem vacuum esse, & irritam, quia quoad effectum, hoc est exercitium gradus accepti, nulli est, c. qui perfectissimus, 17. c. veniens 18. c. Ariannus 7. §. 6. §. 1. sicut a synodis, 108. l. 1. q. 1. §. 1. per illud 9. q. 3. docet Praeceptor meus Illustissimus Valentianus Praeful de Sacram. Ord. tr. 3. n. 8. quo modo defendi potest assertiva sententia supra illustrata.

Nec secundum argumentum refragatur; nam negamus Archiepiscopum ante consecrationem, Episcopis jam consecratis ratione ordinis majorem esse; licet enim post consecrationem maior sit ratio jurisdictionis, quam ante, quia consecrationem exercere potest, c. nullo, c. transmissum, de elect. tamen ratione inferior est, & ideo ab illis valet beneficii, & consecrari; si enim ab inferioribus consecrari non potest R. Pontifex, a quoniam debet consecrari; & tamen ab Hostiensis Episcopo consecratur, ut supra probavi: igitur quia inferior ratione consecrationis, licet superior virtute jurisdictionis, a suffraganeis consecrari valet.

Primo superiori assertioni opponitur textus parum notus in c. bene 23. de elect. in illis verbis: Ipsumque ordinari in praesentibus, & tandem in Archiepiscopum consecratur. Ex quibus exponitur deponitur, Cardinalis Praxeianus Episcopum, solam per se Archiepiscopum Moguntinum consecrasset, nulla provincialium Episcoporum expectata praesentia: igitur in Archiepiscopis consecratione omnes suffraganeis Episcopos adesse non debent. Pro hujus textus interpretatione sciendum est, variis esse causis, tamen electionem, quam consecrationem Archiepiscoporum, & inferiorum Praetorum, ad sedem Apostolicam de, volvi, quas refert Hallier. de sacris elect. pag. 243. cum sequentiibus; inter quas ille commemorat eventum, & ut praecipue enumerantur, negligentia, discordia, seu dissentio eligentium, in illis enim casibus non solum electio eorum Praetorum, verum & consecratio ad R. P. devolvitur, ut constat ex D. Gregorio l. 2. ep. 34. ubi Petro Subdiacono Campanie refertur, ut dissentientibus Metropolitanis circa Praefidis electionem, tres ex ipsis ad eum mitteret, ut de electione tractaret, & electum, ac consecratum ad eos mitteret: & D. Greg. Agrigentinum, dissentientibus Agrigentinis a Summo Pontifice electum, & ordinatum fuisse, refert Sarius in ejus vita. Quod jux Romanam Sedem propulerit Joann. VIII. in epist. 17. in hac verba: Sed qui juxta nostri ministerii Apostolicum officium, & sollicitudinem omnium Dei Ecclesiarum nobis in ipso Apostolorum Principe commissam, juxta canonicam, & tiam SS. PP. regulam dicentem, si diviso Clerico, vel populi exiterit, & de futuri electione Pontificis contentio fuerit oborta, nullum ex his duobus in throno Episcopali esse aliquatenus consecrandum, sed alterius electioni in fieri debere sacerdotis Ecclesiae proprio deligere R. P. & ob id perturbata jara pacis ferentes subvenire debemus. Illustant Juretus ad Carn. ep. 2. c. 8. Hanc facultatem eligendi, & consecrandi Episcopos in illis Ecclesiis, ubi electores dissentiebant, plerumque suis Legatis Pontifex committebat, ut variis exemplis probat Hallier ubi supra. Unde cum in d. c. bene, Cardinalis Praxeianus Apostolica Sedis Legatus habuisset in mandatis, ut casata postulatione Episcopi Vornationis alium eligere, ideo potuit per se solum Praetorem eligere, & consecrare.

Secundo praesenti assertioni adversatur Conc. Ephesinum, ubi can. 4. appendicis prima, cum agatur de ordinationibus Episcoporum, & Archiepiscoporum Cypro, asseritur ab Episcopis tantum provincialibus, iure proprio Patriarcha Antiocheno, & quod iudicabatur, consecrari posse: igitur non desiderari licentiam Metropolitanis, seu superioris, ut Episcopi consecratur. Accedit, nam Antiochenus Patriarcha jus habet, ut in provincialibus suis (ut est insula Cypro) Metropolitanis, aut Episcopos eo irrequirit non consecratur, ut constat ex Arabica Nicenorum canonum collectione, ubi can. 37. ita legitur: Si Episcopus Cypro diem suum in hyeme obierit, & populus non

Conclusio refertur & proove...

Ratio dubitandi.

De ordinatione Episcoporum.

8 Solvitur secundum argumentum...

9 Expositio c. bene & c. elect.

10 Expositio c. 4. Conc. c. h. Episcopus...

Ratio dubitandi.

poterint propter tempestatem maris mittere Antiochiam,  
ut Patriarcha Antiochenus eis ordinem Archiepiscopum in  
locum mortui debent scribere ad Patriarcham, & petere  
ut unus aliquis fiat Archiepiscopus, quem ipsi desiderant.  
Observat Carolus S. Paulus in Geogr. sacrae. pag. 293. Hall. ubi  
sup. pag. 771. & de hierarch. pag. 317. Morinus l. 1. exerc. c. 4. Pro ha-  
jus canonis vera expositione sciendum est, Cyprios in Conc.  
Ephesino conatos fuisse eam auctoritatem sibi arrogare, ut a  
comprovincialibus, irrequisito Patriarcha, Episcopi consecra-  
rentur; proponebant enim tres Episcopos, videlicet Sabinum,  
Troilum, & Epiphanium a comprovincialibus ordinatos fuisse:  
se expandebant etiam navigationis pericula, & procellas, cum  
si hunc decederet Archiepiscopus, non nisi cum magno vitæ  
dispendio Praefules illius infula Patriarcham Antiochenam adire  
possent: addebant etiam, quod non a B. Petro, sed a B.  
Barnaba, cujus corpus una cum Evangelio S. Matthæi pectori  
impositum, & S. Barnabæ manu descripto, in insula reperit  
fuerat, fidem accepissent: quibus rationibus suadere tentatur  
Patriarcham Conc. Ephesini, a temporibus Apostolorum ordina-  
tione Episcoporum ab insularum tantum Praefatis celebrari. His  
expensis, & allegatis Patres Conc. Ephesini ad. 7. conditio-  
natum decretum statuerunt in hac verba: Quoniam commu-  
nes nobis majores egent remedia, eo quod majus damaum  
asserant, si non est vetus mos, quod Episcopus Antioche-  
nus ordinem in Cypro, sicut libellis & propriis vocibus do-  
cuerant religiosissimi viri, qui ad sanctam Synodum accesserunt,  
serunt, habeant jus suam intactum, & inviolatum, qui san-  
ctis in Cypro Ecclesiis praesunt, secundum canones SS. PP.  
& veterem consuetudinem per seiplos ordinationes religio-  
sissimorum Episcoporum facientes. Unde constat Patres  
absolventes non asserere Episcopos, & Archiepiscopos Cyprum tan-

tum a comprovincialibus consecrari posse; sed si vera essent  
rationes ab insularum propositæ, posse irrequisito Antiocheno  
Patriarcha eligi, & ordinari praedictos Episcopos.  
Tertio opponitur textus in. pudentia 23. 34. q. 1. in illis ver-  
bis: Is mos antiquus fuit, ut quia pro longinquitate, vel  
difficultate itineris, ab Apollonica Sede illis overolum suc-  
rat ordinari, ipse fere invicem Mediolanensis, & Aquileien-  
sis ordinari Episcopi debuissent. Ex quibus verbis ex-  
presse deducitur, consecrationem Episcoporum Mediola-  
nensis & Aquileienfis a R. P. esse faciendam, & in eja-  
sectu ad invicem seiplos consecrari posse: ergo in consecra-  
tione Episcoporum aliorum comprovincialium praesentia non de-  
sideratur. Pro cujus textus interpretatione sciendum est, Ar-  
chiepiscopos olim non solum a suffraganeis consecrari, verum  
& in aliquibus Regnis a Metropolitanis comprovinciali con-  
secrari solere, ut probat Franc. Hall. ubi supra, pag. 722. quæ  
consuetudo consecrandi Arpisc. invaluit in provinciis Aquileien-  
si, & Mediolanensi; eorum enim Archiepiscopus ad invicem  
consecrabantur: quæ consuetudo non diutius invaluit, siquidem  
ob schisma, in quod Aquileienfis Antistes incidit, Medio-  
lanensis Archiepiscopi coepserunt ius R. P. ab aliis Episco-  
pis consecrari, ut constat ex D. Greg. l. 3. ep. 29. & 30. ubi  
jubet, Constantium in Metropolitanum illius provincie con-  
secrari a Conc. provinciali: unde textus in d. e. pudentia, pro-  
cedit tempore, quo adhuc consuetudo invaluerat, ut Archie-  
piscopi Aquileienfis, & Mediolanensis ad invicem consecraren-  
tur. Docet Hall. ubi proxime, pag. 722. Etiam ex supra tra-  
ditis interpretari possunt canones 13. & 53. Conc. Carth. 3.  
juncto Ballamone in eorum scholis, canon. 5. Concilii Aurel.  
4. Canon. 8. Concilii Paris. 3. canon. 9. Concilii Turon. 2.  
canon. 3. Concilii Emeritensis.

Exponitur  
pudentia  
34. q. 1.

C A P U T V I I I .

a Urbanus III. in registro, b Pisano Archiepiscopo.

**C**UM quidam Episcopi Sardi, & sicut nobis est ex tua parte propositum, quibusdam pecuniam, sicut juramentum  
nebantur ascripti, non solverint; & quidam Episcopus ipsius terræ in die Dedicationsis Ecclesiæ Ordines, cum  
dies ille ad hoc institutus non fuerit, celebraverit: quidam etiam juraverint aliquando, quod fratri, vel forori, patri,  
vel matri loqui non debeant, aut quodlibet eis subsidium ministrare; & a nobis quid de hujusmodi faciendum sit,  
tua fraternitas requisivit. Nos itaque denegare nolentes, quod a nobis charitate suggerente postulare videris; d. d. i.  
praesent. litteris respondemus, quod in Episcopos illos, qui suum transgressi sunt juramentum, est tanto gravius vin-  
dicandum, quanto majori praeminenti dignitate, & eorum exemplo facilius alii poterunt ad similia provocari. Episco-  
pam autem, qui die, quo non debuit, celebravit Ordines, canonica disciplina corrigere, & ordinatos a succe-  
ptis ordinibus tandem debes reddere expertes, donec apud nos, vel successores nostros restitutionis gratiam consequan-  
tur. Illi vero qui jurant non loqui patri, vel matri, vel fratri, aut vel forori, vel fratri, aut vel fraternitatis subsidium exhibe-  
re, absolventes sunt ab illius observantia juramenti, cum illicitum sit, & omni contrarium rationi; injuncta tamen  
eis de hoc, quod male juraverunt, poenitentia competentem.

N O T Æ.

**A** Urbanus III. Antea Lambertus dicitur, Mediol. Archie-  
piscopus, Pontifex electus die 27. Novembris an. 1185.  
sedit annum, menses 10. & dies 15. decessit Ferraria dolore  
animi quem ex calamitate Christianorum habuerat; siquidem  
eo anno Hierosolyma a Saracenis capta fuit: hoc brevi tem-  
poris spatio aliquos scripsit ep. quæ referunt Bionius a. 7. Concil.  
ex quibus fere 30. constitutiones transcripsit Raymond. in hac  
secta collectione, inter quas primum locum obtinet praesens  
decreto, cujus pars alia reperitur in cap. cum quidam, de iura-  
jurando, & integra epistola apud Antonium Aug. sub eod. tit.  
c. 11. ex quo ita eam restituo.  
b Pisano. Pisa nobilis, & antiqua civitas Tuscia est, Metro-  
polis Corsicæ, & Sardinia: jam Episcopali Cathedra de-  
corabatur an. 313. quo Gaudencius ejus urbis Episcopus in Syn-  
odo Romæ celebrata sub Melchiade interfuit. Urbanus II.  
Pisanos optime meritis Archiepiscopali dignitate decoravit,  
illorumque Praefulem, Corsicæ, atque Sardinia declaratavit,  
ut plura de ejus Ecclesiæ Primatu adducentes referunt Ughellius  
l. 3. Italia, Barbofa de potest. Episc. tr. 3. c. 7. Eiusdem Ec-  
clesiæ mentio fit in e. accidens, de procen. c. per tuos 9. de ar-  
bitris 5. e. tam litteris 33. de testibus, c. super 8. de testibus co-  
gendis, c. ad nostram 40. de iuracur. c. si diligenti 17. de presc.  
c. 5. de sent. excom. in 5. collectis, ubi Cirionus. Hujus Ecclesiæ  
Praefuli Ubaldo Lanfranco dicto, qui Pisanam Ecclesiam reli-  
xit ex anno 1174. usque ad annum 1209. ut refert Ughellius  
ubi supra, missa est hac epistola.  
c Sardi. Sandinia Primas erat Archiepiscopus Pisanus, ex  
concessione Urbani II. & confirmatione Alexandri III. Lucii  
III. & nostri Urbani in bulla data Verona 13. Cal. Novem-  
bris, anno 1186. & Innocentii III. ut probat late Ughellius  
pag. 478. unde cum ad ipsum Pisanum Praefulem, ut Prima-  
tum spectasset jurisdictione in Episcopos Sardinia, ideo super  
eorum excessibus ipse consulavit R. Pontificem.  
d Quidam. Hac verba referuntur in e. cum quidam 13. de  
iuracur. ubi ea exponimus.  
e Episcopum. Ab his verbis incipit in sexta collectione  
praesens decreto, cujus commentarium dedimus in cap. 1.  
hoc tit.  
f Illi vero. Verba quæ sequuntur, extant in dist. cap. cum  
quidam, §. Illi vero, de iuracurando.

C A P U T I X .

Celestinus III. a Hydruntin. Archiepiscopo.

**C**UM secundum Ecclesiasticas regulas, & sanctorum instituta Pontificum, sacri sint ordines in certis temporibus  
conferendi, quidam Graeci Episcopi ritus sui, & consuetudinis observantiam in Latinos clericos exercentes, eos  
ad sacros ordines passim provehant, qui non sunt praeterquam in quatuor temporibus conferendi. Sane sicut latoris praesentium  
officia celebraret, cuidam Graeco Episcopo foret praesentatus, idem Episcopus d. Cathamarfen. eum in sacerdotem promo-  
vit, quem postmodum dioecesanus Episcopus ab executione officii, vel suscepti ordinis credit suspendendum. Quæ  
utique consuetudo consuetudini Ecclesiastica inimica, & detestabilis est, & penitus improbanda: & nisi multitudine,  
& antiqua consuetudo esset in causa, sic ordinari non deberent permissi in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud  
nos sic ordinati deponerentur, & ordinantes auctoritate ordinandi de censura canonum privarentur. Verum quia nos  
plenam de Graecorum observantia notitiam habere non possumus, nec est nobis certum, utrum consuetudo sic se ha-  
beat, quod in partibus & Calabria & Latini a Graecis, & Graeci a Latinis secundum alterutrum institutis obser-  
vantiam ordinentur, & an sit antiquius observatum: si tua, qua discernere melius ista poterit, ejusdem Joannis judi-  
cium duximus committendum; per Apostolica f. m. & potestatem tibi auctoritate praesentium indulgentes, ut cognita  
diligentius veritate, & observantia consuetudinis, si qua super his a Latinis clericis recepta est, & hætenus appro-  
bata;

Bata, vel si tibi apparuerit aliter discernere de ipso Joanne, quod cum salute animæ tuæ poteris, ces. ap. dif-  
fugio statuere non moreris, studiosius attendens, utrum reordinandus sit, an sine periculo animæ tuæ in sic recepto  
ordine debeat celebrare, addito si quid novum in supplemento ordini adjungendum. Nolimus autem de cetero com-  
missiones rituum, & consuetudines ordinum observari, nec fumi ab aliis exemplum, si cum isto duxeris miseri-  
corditer dispensandum.

N O T Æ.

**A** Hydruntin. In sexta collectione legitur Hydruntin, sed  
rectius in secunda collectione, sub hac tit. c. 1. habe-  
tur Hydruntin. Hydruntinum enim est civitas Calabria, vel  
dicitur Hydruntin, teste Strabone l. 6. Jam a primis Ecclesiæ secen-  
lis habitæ Ecclesiæ Cathedralæ, Andreas ejus Episcopus in-  
terfuit Conc. Later. sub Martino I. & Petro Hydruntino Episco-  
po scribit Greg. Magnus l. 1. ep. 21. in illis. 14. Hodie Ar-  
chiepiscopali Sede decoratur, & praesentio ipsius Archiepiscopi  
suscipit ad nostram Catholicum Monachum, ut refert  
Barbofa de potest. Episc. in notis. Episc. in Regno Apulia.  
b Sardinia. Non quia ejus servus esset, alius si jure fer-  
vitutis in mancipio domini esset, prius debebat plene manumit-  
ti, & postea sacris ordinibus injungi. Servebatur ergo, non  
servus erat; aliud enim esset servare, aliud servum esse: ser-  
vavit homines liberi, unde aliquem servare anone, dicitur  
in l. 5. negotiatione §. de iure immuni. servare mancipi, in l. ul. §.  
Manipuli §. ff. de numer. & honor. servus autem a domino posside-  
tur, in cuius dominio est; & si malis hæc verba accipere de servo  
jure mancipii posset, supponendum est prius juncionem libera-  
tem plenam accepisse a domino, ut ab eo presentaretur ad ordines  
recipiendis, ut in e. nullus, de servis non ordin. c. 2. de censu, apof.  
aliam enim non premissa plene liberate servus ordinari non  
posset, ex tradendis in c. 1. de servis non ordin.  
c Capella. Non accipias capellam pro oratorio privato,  
quia in eo certum est orari posse, Missas autem, vel Officia  
divina celebrare non licet, c. oratorium, in oratorio, 43. d. de  
secr. 5. c. Missam, c. unicuique, de consecr. d. 1. plura tradunt Anton.  
Aug. in epist. l. 13. tit. 4. Magallanus in epist. ad Timoth. c. 3. l. 4. n. 2.  
Ballamon in can. 17. Synodi Constantinop. in J. d. i. de 8. v. 5. pag. 394.  
Barbofa de potest. Episc. alleg. 23. Vicecomes de Missa ritibus,  
vol. 3. l. 2. c. 22. c. 24. Fornerius h. 6. rerum quarum, cap. 6.  
Herodius l. 1. Pandect. tit. 2. c. 13. Coriolanus in brevi. an. 175.  
Lemaître l. 2. de iurib. Eccl. c. 4. Capella enim hic accipitur  
pro loco Ecclesiæ, ubi nobilis habebat sepulchrum propriam:  
quo modo etiam accipitur in e. Capellanus, de servis, c. 1. de  
secundis nuptiis.  
d Calabria. Ita legitur in secunda collectione, sed legem-  
dum est Carpeni. Carpeni enim est civitas Orientalis, cujus Episco-  
patus inter Ecclesiæ Calabria enumeratur ab Innocentio  
Ciriono l. 4. observ. c. 1.  
e Calabria. Sed statim iuxta rectam provinciarum geogra-  
phiam ea nascitur difficultas; nam quomodo inter provincias  
a Graecis occupatas enumeratur noster Celestinus Calabriam, cum  
ea provincia in Occidente sit, & ad Italiam partem spectet,  
atque inter eas 17. provincias enumeratur, ut refert Trebel-  
lius Pollio in Licio Seniore, ubi: Corroboram totius Italia fecit,  
id est Campania, Lucania, Apulia, Calabria, &c. late probant Ga-  
briel Barrius de antiquitate, & situ Calabria, Berterus diatrib. l. 1.  
c. 5. Panciroli in notis. inter provincias Imperii Occidentales eam  
enumerat. Pro cuius difficultatis solutione sciendum est, pro-  
vincias Apuliae, & Calabriae a Graecis occupatas fuisse usque  
ad an. 1041. & tunc pars illa, magna Graecia dicebatur, par-  
tebatque Imperatoribus Orientalibus: praedicto autem anno  
Nordmanni luv auspiciis Arduini Longobardum Ducis, supe-  
raverunt Docliam Graeciae Principem, illis provinciis potiri ce-  
perunt, ut testatur Leo Hottienus l. 2. c. 68. Demum an. 1059  
Nicolaus II. tam Apuliam, quam Calabriam in seculum con-  
cessit Nordmannis, accepto a Roberto Guiscardio fidelitatis ju-  
ramento, ut referunt Coriolanus, & Baronius in dicto an. 1059.

C A P U T X .

Innocentius III. Abbati, & Conventui a Carilici.

**E**X parte vestra nostro fuit Apostolatus relatum, quod quidam monachus vester se ad b nigros monachos trans-  
ferens, & habitum nigrum ibidem assumens, ad ordinem in ipso habitu est promotus. Unde quia in hoc ar-  
ticulo dubitatis, utrum in assumpto aliter ordine debeat ministrare, vobis hoc dubietatis scrupulum enodantes, per  
Apostolica vobis scripta mandamus, quatenus nisi aliud canonicum ei videritis obviare, ipsum monachum officium  
sacerdotis exequi libere permittatis. Datum Romæ apud S. Petrum.

N O T Æ.

**A** Carilici. Ita legendum est, ut habeat in epistolis In-  
nocentii editis a Sirleto pag. 105. non Carilici, ut no-  
tavit Bolquetus in notis ad Innoc. l. 1. epist. 2. & nos pro-  
positio hujus inscriptionis diximus in cap. ex parte 33. de re-  
scriptis.  
b Ad nigros. Licet primis Ecclesiæ sacralis monachi nigri  
dicerentur monachi S. Martini, qui in Gallia habitum nigrum  
deserebant, Petrus Cluniacensis l. 4. ep. 17. & monachi albi ap-  
pellantur Canonici, qui sub B. Augustini regula communem  
vitam agebant, quia albas vestes inducebant; tamen post re-  
gulam D. Benedicti in tota monasteria Occidentalis Ecclesiæ ob-  
servatam, monachi Benedictini coepserunt dici nigri, quomo-  
do appellantur in quampurmissis iuris nostri locis, ut notavit  
D. D. Gonzalez, in Decretal. Tom. I. Pars I.

Ypes 1. 1. chron. D. Benedicti, anno 523. c. 5. qui adducit titulum  
Concilii Lateran. celebrati sub Gregorio Magno, ubi ita legi-  
tur: Decretalium Conc. Later. de quiete, libertate, atque exem-  
ptione nigrorum monachorum. Et licet huic titulo fidem non esse  
praestendam affirmet Benedictus Ephtenus l. 5. disquisit. monach.  
tr. 5. disquisit. 3. illud tamen tam apud ipsum, quam apud  
Bolquetum ad Innoc. l. 1. ep. 122. liquet, juris nostri fragmen-  
ta, ubi nigrorum monachorum mentio fit, esse accipienda de  
monachis Benedictinis; unde praesens textus accipiendus est de  
monacho Cisterciensi, qui ad monasterium D. Benedicti se  
transfuit. Alia dabitur in c. 10. de decimis.

COM M E N T A R I U M.

**E**X hoc textu deducitur, monachum translatum de una  
Religione ad aliam, ibique in Presbyterum ordinatum,  
R iterum



